

dum dolorem partis victæ. Nam  
 nullo velo palliata est invidia meo-  
 rum adversariorum: constat inter o-  
 mnes, religionis esse causam, quæ-  
 cunq; alia prætexant. Hæc ut amici  
 in sinum effundo; Tu vale meq; ama.  
 Lincii. D. 7. Febr. 1617.

*Post scripta.*

Ad literas D. Floriani Crusii, cur-  
 minus in præsens respondeam, in  
 causa est moles negotiorum; scri-  
 bendum enim in Wirtembergiam in  
 causa forensi matris meæ, quam me-  
 cum habeo. Salutem illi meam nun-  
 cia, & quod de Copernicana quærit  
 Epitoma, in ea lentè Typographum  
 progredi, nec me posse ad nundinas  
 de ejus industria liquidò quicquam  
 polliceri; motum quidem Terræ di-  
 urnum omnibus copiis instrui, &  
 sperare me de ipso, qui philosophus  
 est, triumphum liquidum. Literas  
 ejus